

lemniter peracta, ascendit Palatium, comitantibus eum tam Episcopis, quam Presbyteris & Diaconibus, omnibus paratis secundum ordinem suum. Pontifex vero ingreditur Basilikam Sancti Laurentii de Palatio, vel Capellam Sancti Martini, si est ad Sanctum Petrum, & exuit planetam, & assumit sibi mantum in scapulis, imposito super caput ejus fanone cum mitra, & facit Mundatum, XII. Subdiaconis roquetum cum super pelleceo portantibus (*Hodie sunt duodecim Pauperes, quibus Papa lavat pedes*), Cubicularii ponunt concham ante eum, ipse vero præcinctus linteo, habens ante se linteum mundum, quo unus Diaconus ei servit, secundum Dominum Jacobum Gaytani ipsum Papam præcingit, bracheolam ad hoc paratam habens in bracchiis, & linteum mundum ante se tenens. Quæ omnia debent parati per Thesaurarium, vel Frates de Pagnotta (*Frares de Pagnotta Ordinis S. Benedicti Ecclesiam Sancti Blasii in via Julia inclebant; curabant etiam corpus Pontificis defuncti. Hodie hujusmodi curam habet Sacrista Papæ Ordinis Sancti Augustini*). Et duodecim Subdiaconi manent foris Basilikam discalciati. Duo vero Ostiarii accipiunt Priorem in ulnis, & portant eum ante Pontificem. Pontifex cum aqua calida, quam infundere debent Cubicularii, lavat pedes ejus, & tergit linteo, & deosculatur pedem ejus dextrum, & dat ei duos Solidos Provenientes. Et sic facit unicuique Subdiaconorum, & dat eis XII. denarios &c.

BENE ancora farà l'aggiugnere quello, che ha il suddetto Papa Innocenzo III. nella Costituzione sua al Rettore ed a i Frati dello Spedale di S. Spirito, che fra l'Opere sue stampata si ritruova. Così adunque egli parla: *Jubemus, ut pro mille Pauperibus extrinsecus adventantibus & trecentis personis intus degentiibus, decem septem Libræ usualis Monetæ (ut singuli accipiane tres Denarios, unum pro pane, alterum pro vino, aliquumque pro carne) ab Eleemosynario Summi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur. Comanda parimente il medesimo Innocenzo III. Pontefice, che a i Canonici, qui effigiem Salvatoris processionaliter deportabunt, singulis duodecim Nummis de oblationibus Confessionis Beati Petri præstentur.* Il Grimaldi, prendendo ad illustrar questi passi, vien poi soggiungendo le seguenti parole: *Supradictæ decem & septem Libræ usualis Monetæ erant Scuta auri in auro triginta quatuor, ut colligitur ex pluribus observationibus a me factis ex Scripturis Archivi prædictæ Basilicæ. Solidi, de quibus infra, valoris erant Bononiorum, sive Obolorum duodecim semis pro quolibet. Decem Solidi argentei conficiebant Nummum aureum Juliorum decem, & Bonon. 25. Quatuor Nummi argentei erant unus Solidus. Nummus valoris erat trium Obolorum, seu Denariorum. Triginta Solidi valebant Marcham unam argenti puri: sunt Scuta tria, Bonon. 75. Ita habetur fol. 71. in Libro antiquissimo MSto in membranis Callisti II. Papæ. Ex Vita ejusdem Innocentii III. colligitur, Marcham majorem esse Scutorum trium Bol. 75. atque etiam Scutorum quinque, Bol. 75. Libræ XXXV. Provenientium Senatus sunt Scuta auri in auro LXX.*